47 *Clericus negotiator dicitur, quando rem emit in ſua integra, & immutata forma, venditurus lucrifaciendi cauſa: ſecus ſi rem emit ita vt ſit ei materia inde aliquid operandi, & ſua opera, & induſtria mutatam vendiderit, aut permutauerit, tunc namque negotiari non dicitur, nec gabellam debet, & numero quatrageſimo octauo vbi exemplam fingitur.*

49 *Clericis licitum eſt artificio aliquo vti, vnde aliquid lucrentur, ac vitam ſuſtentent, obſeruatis, quæ hic dicuntur,* n. 50.

51 *Clericus emens mulam, aut equum rudem, vt cultiorem vendat, negotiator non dicitur, nec gabellam, debet ex venditione.*

52 *Clericus emens arietes, aut ſues ad eos pingues euendendos cauſa negotiationis, & lucri, gabellam debet.*

53 *Clericus lanas, aut vuas emens, vt impenſa ſua per alios pannos, vel vinum faciat lucrifaciendi cauſa, eſt negotiator, ac mercator, ac proinde gabellam ſoluere tenetur ex venditione pannorum, & vini.*

54 *Monaſterium habens venam ferri, & inde per operarios ferrum colligat, & vendat lucrifaciendi cauſa gabellam non debet: ſecus ſi ad id venam ferri emiſſet, niſi per Monachos ferrum colligatur, vt* in n. 55. *ſed quomodo intelligendum ſit, quod de vena ferri empta dictum eſt, late agitur, & diſtinguitur numeris ſequentibus, vſque ad n. 61. incluſiue.*

62 *Clericus aut monaſterium emens gregem, & inde fructus collectos vendens gabellam non debet: ſecus ſi conducat ouium fructus, eoſque poſtea vendat, nam gabellam debebit, vt* in n. 63.

64 *Induſtria, quæ clericum excuſat à negotiatione illa eſt, quæ per propriam perſonam præſtatur: ſecus vero ſi per conductas & mercenarias perſonas præſtetur.*

65 *Negotiari dicitur non ſolum is, qui ſic emit, vt venditurus lucrifaceret, ſed etiam, qui ex quocunque alio contractu acquiſiuit, vt venditurus lucraretur, quia ex contractu locationis, & venditionis.*

66 *Clericus emens, vel conducens fundum plenum fructibus maturis pendentibus, an ex venditione fructuum eorundem gabellam debeat? &* n. 71.

67 *Fructus pendentes pars fundi ſunt.*

68 *Clericus alienum agrum conducens, & fructus ex ſuo ſemine, ſua, & ſuorum induſtria, cura, & cultura colligat, & vendat lucrifaciendi cauſa, gabellam debet, &* n. 72.

69 *Agricultura, & cura gregis laudatiſſima eſt, & longe diſtans à mercatorum officio: hoc tamen verum eſt in ea quam quis exercet in ſuis agris, & poſſeſſionibus non vero in alienis conductis, vt* in n. 70.

73 *Clericus conducens fructus decimales, eos poſtea vendens gabellam debet.*

75 *Clericus conducens prædia aliena, & inde fructus collectos vendat in caſibus à iure canonico permiſſis, nempe pro ſua neceſſaria ſuſtentatione gabellam non debet.*

79 *Gabella debetur ex bonis Eccleſiæ, vel monaſterij per negotiationem cauſa lucri venditis, & acquiſitis, & in n. 77.*

QVÆSTIO XCIII.

De clerico negotiatore, quod gabellam ſoluit?

QVæro tandem de intellectu, & praxi l. 7. tit. 1
18. hoc lib. 9. nouæ Collect. Reg. qua cauetur: *Que lo contenido en la ley antes deſta* (ſcilicet:) *que las Yglesias, Monaſterios, i Perlados, y clerigos deſtos Reyos no paguen alcauala de ventas que hizieren de ſus bienes, ni de los trueques por lo que ellos toca, y puede tocar, no aya lugar en lo que los clerigos, y Yglesias vendieren por via de mercaderia, trato, y negociacion: cade lo tal mandamos que paguen alcauala como ſi fueſſen legos.*

In primis obſeruo, hoc eſſe alias iure communi 2
veriſſimum, & iuſtiſſimum, argum. tex. *in c. quamquam de cenſib. lib. 6. ibi, quas non cauſa negotiandi deferunt, &c. & in Clement. præſenti eodem tit. de cenſibus ibi, quas non negotiandi cauſa deferunt*, & conſtat ex reſolutis per Felin. *in c. Eccleſia Sancta Mariæ, n.* 105. & ibi Dec. *n. 57. de conſtit.* Bertachi. *in tr. de gabellis 7. p. princip. num.* 8. Nauarr. *in Man. Latin. c. 17. numero 20. in verſic. 74. qui gabellas ibi, niſi quando, &c. Federic. de Senis conſil.* 207. *in fin.* & refert alios Matienc. *in l. 11. gloſ. 1. n. 3. tit. 10. libr. 5. nouæ Collect. Reg.* quos citat Laſſart. *de decim. vendit. c. 19. n. 5.* & Girond. cum aliis *de gabell. 7. p. in princip. num. 10. cum ſeqq.* & approbatur *in l. 49. tit. 6. par.* 1. vbi quod clerici mercatores termoniti à ſuis Prælatis non deſiſtentes à mercatura, amittunt franquicias, quas cæteri clerici habent, & ibi Gregorius Lopez *in gloſ. Las franquezas*, cum Abb. & aliis exemplificat, & loquitur in gabella, & noſtram l. citat, & optime Molin. Theol. *in 2. tom. de iuſt. & iur. diſp. 342. col. 538. in verſi. ſunt vero.* refert alios plurimos idem tenentes Caſtill. de Bobadilla *in ſua Politic. de Corregido. lib. 2. c. 18. n. 123. liter. F. & n.* 124. vbi idem probat, litera A. & B. plures alios refert.

Incaute tamen loquitur *d. n.* 123. dum dicit: *Por- 3
que los que vſan de tales negociaciones no ſon verdaderos clerigos*: hoc namque falſum eſt, ſiquidem ſacri ordines imprimunt verum characteren, voluit tamen dicere, *que no ſon reputados por clerigos en quanto à eſto los clerigos que ſon tratantes, y negociadores: y aſſi refiere luego el c. negotiatorem 88. diſtinctione, que dize*, quod à clerico negotiatore eſt fugiendum tanquam à peſte: *y en el dicho num. 124. luego ſiguiente ſe declara mas, diziendo, que en los bienes que ſon de trato y mercancia, el clerigo es reputado como lego*, ſcilicet, *à cerca de la cobranca de los derechos de aduanas, o alcaualas que adeudaren los clerigos de las mercaderias de trato que metieren, o de lo que vendieren de ſus grangerias, y negociationes, como lo auia dicho poco antes en el principio del dicho num.* 124.

Ratio enim eſt, quia negotiatio clericis eſt 4
prohibita, & dum huic ſe implicant eorum facultates à laicorum ſtatutis, ligibus, & conſuetudinibus Eccleſia non defendit, vt inquit textus *c. fi. de vit. & boneſt. cleri.* atque ideo in eis locum debet habere legis noſtræ diſpoſitio, cum eo caſu iuri canonico contraria non ſit, argumento. *c. 1. cum materia de nou. oper. nuntiat.* hocque non tam contingit ex vi & poteſtate ipſarum legum, quam ex confirmatione ipſa canonica.

Lex

5 Lex igitur noſtra 7. noſtra non tã per ſe diſponit, vt clerici negotiatores gabellam debeant (hoc enim haud poſſet efficere) quam iubet obſeruari id, quod alias iure canonico ſtatutum eſt per textum *in d. capitulo fi.* iunctis traditis per Mencha. *de ſucceſſ. creat. libr. 1. §. 10. numero 648. in verſi. vnde infertur intellectus in impreſſione Salmanti. & libr. 3. §. 26. numero 64. in verſiculo ad hæc infertur, & numero 78. in verſiculo vnde quod clericis in Venetiana*, & Ludouicus Mexia *in pragmatica taxæ panis, concluſio, 6. n. 21. & 22.* vbi *ſupra* & Azeued, *in d. l. 7. numero* 1. cum aliis, quos citat, & probat iure communi canonico, quod prædiximus, clericum negotiatorem teneri ſoluere gabellam, iuſta igitur eſt noſtra lex 7. hoc idem præcipiens, vt ex Matiene Mencha. & Duenna tenet Girond. *de gabellis 7. parte inprincipio, num.* 10. & Humad. *in loco ſtatim citando.*

6 Neceſſarium tamen eſt ad hoc, vt negotiatio illa ſit clericis ſecundum Canones prohibita atque illicita: alias enim, ſi licitum eſſet illis negotiari, non poſſet quidem lex noſtra negotianti clerico, qui ſubditus non eſt, tributum imponere: cum ergo generaliter negotiatio iure canonico ſit clericis prohibita, generalis quoque eſt regula, & legis præceptum, vt gabellam ſoluant, eo quod propter illicitam negotiationem, cui ſe immiſcent, vt laici iudicantur ab Eccleſia *in dict. capit. fin. de vita, & honeſtat. cleric.* cui ſe conformat noſtra *l. 7. in fine ibi: Como ſi fueſſen legos, ita* conſiderat Laſſart. *dict. capit. 19. n. 66. & 64.*

7 Requiritur tamen iure communi ad hoc, vt clericus negotiator priuilegium amittat, vt prius ſit, tertio comonitus à iudice ſuo Eccleſiaſtico, vt ab huiuſmodi negotiationibus ſe abſtineat, & nihilominus ab eis non reſipiat, iuxta tex. *in d. cap. fin. de vit. & boneſt. cleric. cum ſimil & d. l. 49. titul. 6. par. 1.* & addit Bernard. Diaz *in Partic. crim. Canonica, cap. 55. verſi. ſed an hoc caſu*, & de iure communit idem tenent Doctores in dict. cap, *fin. de vita, & boneſtat. cleri.* Abb. *conſi. 6. in fin in 2. parte conſil.* & Felin. *in cap. Eccleſia Sancta Mariæ*
8 *numero 68. de conſtitutione Cardin. conſil.* 12. Baldus *in l. vſurpationem, C. de vectigal.* † Quod etiam attenta hac noſtra l. 7. procedere inſinuat Parladorus *rerum quotidianarum libro 3. numero.* 4. Secun-
9 dum impræſſ. Salmant *anno.* 1595. † & in foro conſcientiæ idem probant Ludouicus Lopez *libro. 1. inſtructory negotiant. capitulo* 10. *pagin.* 32. & Nauarr. *de reſtitutione, libro. 3. capitulo 1. n. 136. tom. 2.* & cum eis tenent Vega *en ſua ſumma libro 5. caſu* 656. & Solon. *de iuſt. & iur.* relatus per Azeu. ſtatim citandum.

10 Nihilominus tamen contrarium eſt verius, & tenendum in praxi, imo quod non requiratur in propoſito, de quo agimus, trina, nec alia monitio, quia illa eſſet magna reſtrictio ad noſtram l. & quaſi nunquam conſequeretur effectus eius ſi talis monitio deberet præcedere, ita tenet & pro-
11 bat Greg. Lopez. *in d. l. 49. in gloſſ. Franquezas*, † vbi quod ad hunc effectum monitio nihil operatur, ſed ad hoc, vt cætera bona patrimonialia ſubiaceant ſtatutis, & conſuetudinibus laicorum, eo quod iſta bona ſuggerunt facultatem ad negotiandum, Et iſta ſententia Greg. Lopez eſt verior, & communis ſcilicet, quod de mercantiis clerici teneantur gabellas ſoluere, nulla expectata monitione ſecundum Humad. *in. d. l.* 49. ad Greg. Lopez *ibidem gloſſ. 3. in verb. Las franquezas, n. 1. tit. 6. p. 1.* vbi in eandem ſententiam citat etiam Lapũ *in c. quanquã de cenſib. lib. 6.* & ibi Dominicũ *n. 5. per textum ibi, & per clemen. præſenti de cenſibus dicens.* quod illa manifeſte bene ponderata probant, & ibidem Cardin. *nu.* 12. Nauarr. *in Manual. cap. 17. numero* 201. & Mencha. *de ſucceſſ. creat. libr. 3. §. 26. à num.* 64. hanc eandem ſententiam ſequitur Girond. *de gabellis 7. p. prin. n.* 10. vbi quod præd. monitio non requiritur hodie, nec eſt in vſu, nec in praxi recepta: idem affirmat Laſſart. *c. 19. n.*
79. † quia ſicut Hiſpaniæ conſuetudo etiam ante 12
Concilium Tridentinum potens fuit introducere, vt trina vel aliqua monitio non requiratur ad hoc, vt clericus primæ tonſuræ priuilegium non perderet, ex eo, quod veſtes clericales non deferret, quæ tamen alias de rigore iuris canonici requirebatur, vt prædiximus *in q. 46.* hinc ſecunda præcedente: valuit quoque eadem Hiſpaniæ conſuetudo, vt in noſtro etiam propoſito nulla monitio ſit neceſſaria: Eandem ſententiam ſequitur Bobadilla vbi *ſupra num.* 124. quod hoc moribus obtinuerit affirmat Parlador, vbi *ſupra, numero 5. in additione noua*, & nouiſſime hoc idem
iure acute probat Molin. Theolog. vbi *ſupra* † 13
dicens, quod textus *in d. fin. de vit. honeſt. cleri.* non ſolum non defenduntur clerici à ſolutione tributi rerum, quas negotiando alienant, ſed inſuper in pœnam eis iniungitur, vt ſi ter ab Ordinario admoniti, negotiari non deſiſtant, vniuerſim amittant priuilegium clericale, quo ad tributa, & onera cæterorum ſuorum bonorum, ac perſonarum: Id, quod non ſatis attendiſſe videtur (inquit) Laſſartus *d. capitul. 19. numero* 79. vbi arbitratur conſuetudine præſcripta aduerſus *d. capit. vltim. de vita, & honeſt. cleric.* exigi alcaualam ab Eccleſiaſticicis ſine præuia trina monitione de rebus quas negotiando vendunt, aut permutant, quaſi iuxta caput illud neceſſaria eſſet monitio illa, Quæ conſideratio, & ratio Molinæ prius fuit Gregorius. Lopez & Humad. vbi *ſupra* vt prædiximus, & quidem non contemnenda: vera igitur eſt in puncto iuris, & tenenda in iudicando, & conſulendo, abſque aliquo ſcrupulo præfata communis ſententia de qua *ſupra*, quicquid Azeue. *in dict. l. 7. n.* 12. dicat eam ſequendam vbi conſuetudine approbata reperietur & non alias: Eandem communem ſententiam, quod in gabellis ex communi vſu, & praxi nulla monitio ſit neceſſaria tenet Flores *lib. 2. var. q. 21. in 1. p. num. 232. fol.* 183.

Secundo obſeruandum eſt, quod ad hoc, vt cle- 14
ricus aliquid vendens gabellam debeat, non ſufficit, quod rem illam, quam vendit, illicite acquiſierit per modum aliquem à canonibus prohibitum, ſed inſuper opus eſt, quod eam acquirendo, & poſtea vendendo, negotiari eum conſtet, vt probat *lex noſtra* 7. & voluit nuncupatim Federic de Senis *conſil. 207. ad fin.* & tenet expreſſe Laſſartus
vbi *ſupra n.* 64. inde deducens, † vt quamuis illi- 15
citum, & prohibitum ſit clerico aduocare aduocatique officium exercere, niſi in certis quibuſdam caſibus, vt *in c. 1. ne clericus vel monachus, & in l. 10. tit. 3. lib. 1. nou. Collect. Reg.* Si tamen de facto aduocans rem aliquam loco ſalarij acquiſierit: puta triticum: aut aliam rem quam poſtea vendiderit, vt lucrifaceret, gabellam quidem ex ea venditione, aut permutatione proculdubio non debebit, quia vere negotiatus non eſt, qui, quod in præminm laboris, & conſilii ſui accepiſſet, alienat, & vendidit, vel permutauit vtilius ſibi ſit pretio rei, vel alia permutata frui, quam re ipſa vti.

Negotiari enim ex communi omnium ſententia, & ex tex. *in c. 2. & in c. eiiciens 88. diſtinctione*,

&

*& in c.1.& 2.de cleric.vel vou.*Betar.Diaz. *in pra-
xi canonica,c.*50.Parlad.vbi *ſup.num.6.* & Laſſart.
vbi *ſupra*,dicitur, qui rem acquirit eo animo, &
intentione,vt reuendendo lucrifaciat : at clericus
aduocans non acquirit præcipue, vt venderet, ſed
vt ſibi pro labore ſatisfiat, & vendidit autem po-
ſtea,quia maluit pretium, quam rem : & qui rem
ſemel acquiſitam vendit,non negotiatur.

17 Hinc eſt,vt ſi clericus rem aliquam emerit mo-
bilem ſiue immobilem,aut ſemouentem non qui-
dem animo reuendendi, ſed vt ea fruatur, & ſui
vſus cauſa iuxta deciſionem tex.*in l.cenſoria* 203.
ff.de verbor.ſignifi. quam rem poſtea ex accidenti
vendiderit,vt quia vtilius ſibi eſſe contingat,pre-
tio rei frui, quam re ipſa vti, gabellam quidem
non debebit,ita in terminis tenet Syluest.*in Sum-
ma verbo excommunicatio 9.n.46.in fine*,quem ſe-
quuntur Nauarr.*in manual.c.27.n.*128. & Laſſart.
*dict.c.*19.*n.* 81.

18 Similiter etiam ex eiſdem deducitur, quod ſi
ſtatuto caueatur, vt nemo poſſit triticum reuen-
dere, & aliquis emat in ciuitate frumentum pro
victu totius anni,& poſtea mutato propoſito vo-
lens à ciuitate recedere, frumentum illud vendat,
in pœnam legis,vel ſtatuti non,incidit,quia inſpi-
cienda eſt prima deſtinatio, ſi modoconſtet de
propoſito, & deſtinatione primæ, id, quod ex
qualitate rei, & perſonæ erit iudicandum, alias
enim præſumeretur id feciſſe propoſito ab initio
id reuendendi,*ita* Bartol.poſt Guillielm.de Cugn.
*in l.cætera,§.ſed ſi ſeparauit,n.3.per textum ibi ff.
de lega.*1.ſequitur plures referens Tiraq. *in præfa-
tione de vtroque retr.n.*77.& D.Caſtell.*in l.*1.*Taur.
in gl.Que fueren.vſados,verſ.quod etiam facit ad
ea,&c.*& Auenda.*reſponſ.*33. *num.4.verſi.quarta,
& Auiles cap.*52.*prat.in gloſſ.En la tierra, n.*18.
vbi inquit,altari iuramento portantis,an habuerit
bonum animum è principio niſi qualitas perſonæ
id diſſuaderet, vel probatio de oppoſito ſit in
19 promptu,† & ibi *n.*20. infert ad bonam quæſtio-
nem in fauorem illorum, qui obligantur ad ma-
cellum, & panificia reficienda, & complenda ci-
uitatum, villarum, & locorum huius Regni Hiſ-
paniæ, quia tales carnifices, & ſimiles poſſunt
emere carnes viuas,& etiam ſues ad reficiendum
dicta macella non tamen ad iterum vendendum,
vt patet ex legibus Regni:quod ſi aliquid ex dictis
carnibus, & rebus ſuperſit,completo tempore ſuæ
obligationis, poterint vendere ſine pœna dicta-
rum legum & pragmaticarum, quæ prohibent,
triticum,carnes,& ſues emi ad reuendendum,quia
initium ſuæ primæ emptionis conſiderandum eſt,
quod fuit facta pro victu,& ſubſtentatione ciuita-
tis, ſeu loci, atque incolarum.

20 Vnde idem obſeruandum erit in noſtra mate-
ria gabellæ, vt ſiquidem clericus emerit frumen-
tum pro ſuo victu & ſubſtentatione vnius, vel
duorum annorum,& poſtea mutato propoſito,vel
propter abſentiam,vel quia granum corrumpitur,
illud vendat non debebit gabellam ex illa vendi-
tione, ſi veriſimiliter iuxta qualitatem clerici,
eiuſque familiæ conſtet de bono initio, nempe
emptum non fuiſſe ad reuendendum, & quod
nunc noua ſuperueniente cauſa vendit, argu-
mento *l.* 1.*§.vnde quærit Offilius. ff. de exercit.
act.* & doctrinæ Bart. communiter approbatæ *vbi
ſupra.*

21 Non enim dicitur, nec eſt negotiator, qui
emit, vt ſuæ neceſſitati ſuccurrat, l.1.*tit.7.par.*
5. & id, quod principaliter agitur attendendum
eſt, non vero quod ſecundario accidit præter
opinionem, & propoſitum, *l.ſi quis nec cauſam*;
& ibi Iaſon, *n.*4. *ff.ſi cert. pet.* & in terminis
vno verbo hoc voluit Laſſart. *d. cap.* 19. *num.*
82. *in fine.* nec dicitur negotiator, ſi vendat
triticum, oleum, &c. quæ ſuperſunt ex proui-
ſione anni, Ita in terminis inquit Candelab. Au-
reum 7. *Sacrament. 2. tom. in explicatione Bullæ
Cœnæ Domini,numero quadrageſimo,verſiculo non
dicitur.*

Vbi in verſ. tertio idem probat ſi clericus rem, 22
quam emerat,meliori conſilio ductus vendat, vt
aliam diuerſam,vel eiuſdem ſpecie emat, † Idem 23
eſt ſecundum Sylu. *d. verb. excommunicatio.* 9. *n.*
46. *verſi.vnde non eſt negotiator*, in eo qui rem
vendit integram, & immutatam, nec qui rem ſic
vendit,ſed hac intentione non emit, ſed ad ſuum
vſum empta, ſtatim ſibi occurrit lucrum. † Fas 24
enim eſt clericis emere neceſſaria ad proprium
ſuorumque vſum,& vendere ſuperflua,vel ex fru-
ctibus ſuorum agrorum, vel ex redditibus proprij
beneficij, aut vndecunque illa habuerint, † Imò 25
iſto aliquid vilius emerint, non animo reuenden-
di carius eis,licet,accreſcente poſtea pretio vende-
re illud carius,& lucrari,nec inde tributum vllum
debent,vt habet communis omnium ſententia ſe-
cundum D.Moli.Theol.vbi *ſupra col.544.in prin.*
vbi quod in hoc nulla eſt difficultas, eſto pretij
magnitudine attrahatur Eccleſiaſticus ad venden-
dum,intelligens, ſe poſtea vilius poſſe emere res
ſimiles:hæc enim ad æconomicã gubernationem
exſpectant, quæ in clericis atque Epiſcopis elu-
cere debet iuxta Paul.Thim.3.& 5. † Vendere au- 26
tem bona ſuorum redditu um, vel patrimonij
clarum eſt, non dici negotiatorem clericum ad
hoc, vt tributum ſoluere teneatur, non enim in
hac ſpecie tenetur illud ſoluere, vt cum aliis pro-
bat Candelabr. Aureum vbi *ſupra, d.num.* 40. *in
princip.*

Si quæ tamen ad Eccleſiaſticum deuenirent ex 27
diſſoluta ſocietate inita cum alio, aut ex quacun-
que alia negotiatione quam per alium exerceret,
eaque venderet ex illis, deberet quidem tributum,
non ſecus ac ſi eſſet laicus, ita Moli. vbi *ſupra*,
& recte,& ante eum Laſſartum *de decim.venditio-
ne capitulo.19.num.66.verſic.ſed ſi clericus.* † cui 28
addo,idem eſſe quando ſocius laicus cuius opera,
& tota induſtria exercetur ſocietas inita inter ip-
ſum,& clericum ea venderet, quæ ad negotian-
dum,& lucrifaciendum emerat,tum quia ſuo no-
mine id facit,tum etiam quia pro clerico negotia-
tio exercetur.

Neque his obſtat difficultas, quæ ex doctrina 29
Ioannis de Medina *de reſtitutione,q. 30. artic. 2.*
oritur exiſtimantis licere clericis,& religioſis ne-
gotiari per alios negotia mere lucratiua,tradendo
pecunias conſanguineo, vt ipſorum loco nego-
tientur,aut ineundo ſocietatem cum alio,aut aliis,
vel locando redditus beneficij, aut aliquid aliud
cum aliis,ita vt ipſi totam operam, & induſtriam
adhibeant,id eſt quia tunc ceſſat ratio prohibitio-
nis, vtpote hæc negotiatio per alium non diſtra-
hat,nec clerici animum occupat, & peccata, quæ
commiſſerit is, per quem fit negotiatio, clerico
non imputentur,modo pecunia ad licitam tradatur
negotiationem. Secundo,quia iura ſolum viden-
tur prohibere Eccleſiaſtico negotiationem per
propriam perſonam, vt patet ex Clement. 1.
de vit.& honeſt.cleric. quæ ſolum punit, quando
clericus per ſe ipſum exercet officium marcella-
rij: ergo ſi per alium exerceat non tenetur pœna
illius capitis, vt dicit gloſ. ibi, *in verbo publice &
perſonaliter*,

perſonaliter,quam ibi ſequuntur Aut.Petrus An-
char.*notab.*4.Cardin.*in* 5.*notab.*& Imol.*col.3.& in
c. ſignificante de appellat.* tanquam de re licita
dicitur, canonicos habuiſſe ſtallos publicos in
quibus carnes incidebant,late Tiraq.*de nobil. cap.*
27.*n.*8.*nos libr.3.Pract.q.*13.*n.*97.*& in Cleme.*1.*de
ſtat.Monach.* licet Monachi prohibeantur per ſe
ipſos venari, non tamen prohibentur id per alios
exercere,quam opinionem Medinæ ipſo non cita-
to mire probat, & tenet Aragon. *de iur.
q.72.art.4.verſi.ſed dubitabit, pag.*644. atque ita
conueniunt Doctores communiter, peccatum
lethale eſſe clericos vel Monachos per ſe ipſos
negotiationem mere lucratiuam,qua aliquid emi-
tur,vt immutatum carius datur,exercere vt ſoluit
Molinus *d.diſputatione* 342.*in prima concluſione
iuncto verſi.cum autem,col.ſeq.*537.Ergo ſi eſt lici-
ta clericis negotiatio,vel ſocietas per alium, dum-
modo clericus nullam operam,nec induſtriam po-
nat ſed tantum pecuniam, conſequi neceſſario vi-
detur in præmiſſa ſpecie de qua ſupra *in verſi. ſi
quæ tamen*,quod clericus,qui per ſe non negotia-
tur,ſed per alium, vel alios non debeat tributum
gabellæ pro parte lucri ſibi tangente, ſi eam ven-
dat,vel ille alius pro eo iuxta ſupra per nos dicta
in hac q.n.6.in verſi.neceſſarium tamen eſt.

Nihilominus tamen probo contrarium cum
Laſſar. & Molinus vbi *ſupra* ſimul cum ea addi-
tione *in d.verſ.ſi quæ tamen n.*27.*&* 28.

30 Quoniam reſpondemus ad præfetam obiectio-
nem, quod & ſi non cenſeamus culpam lethalem
eſſe ita per alios negotiari, aliquid tamen fædita-
tis, atque indecentiæ in ea negotitiatione inter-
uenit ratione ſtatus, quando circumſtantia non
adeſſet, quæ illam excuſaret, quocirca arbitra-
mur illam eſſe improbandam, quatenus eſt ex
ſe, vt rectiſſime contra Medin. arbitratur quo-
que Molin. vbi *ſupr. column.* 543. *in verſi. ego
31 quamuis.*†Ratio namque proprior quare ſit pro-
hibita regulariter clericis negotiatio mera lucrati-
ua, qua aliquid emitur, vt immutatum carius
vendatur, ea nempe eſt,indecentia,ſcilicet, maxi-
ma ratione ſtatus propter ea, quæ idem Molinus
d.2.tom.de iuſt.& iur.diſputatione 339. *col.* 519.
per totam recte conſiderauit, & in terminis *d.
diſputat.* 342.*in* 1. *concl.* citans ad hoc iura cano-
nica hoc probantia:ſed negari non poteſt,quin ſit
ingens indecentia ratione ſtatus ſaltem de facto,
32 clericum per alium negotiari : † Accedat regula
iuris canonici 82.*qui per alium facit proinde eſt,
ac ſi faceret per ſe ipſum*:hæc igitur eſt iuris inter-
pretatio,vt ibi aduertit Dyn.in fin.ergo ſequenda,
quia vbi eſt eadem ratio, eadem iuris diſpoſitio
locum habet, vt *l.illud cum ſimul.ff.ad l.Aquil.*†
quod enim quis ſuo nomine exercere prohibetur,
id neque per ſubiectam perſonam agere debet:
atque ideo ſi ſubiectis aliorum nominibus prædia
publica colat, quæ Decurionibus condicere non
licet,ſecundum legem vſurpata reuocantur, *l.* 2.§.
1.*ff.de adminiſtr.rerum ad ciuit.pertin.* vbi notat
gl. quod non poſſum per me,nec per alium quo-
que poſſum, & allegat alios multos tex. concor-
33 dant. † qui enim per alium facit per ſe ipſum fa-
cere videtur,vt *in d.reg.iuris*, & id quidem pro-
prie,vt tenent plures, quos congeſſit idem Tiraq.
in ll.connubi.in gloſſ.3.verb. contracter.n. 181. &
quamuis nonnulli teneant contrarium, quos re-
fert Tiraq.*de nobilit.d.cap.27.n.*12.ipſe tamen *ibi
34 n.*13. fatetur & tenet. † quod non vacat omnino
culpa, qui huiuſmodi artes prohibitas per alios
exercet,vt *inquit gloſ.præcitata d. Clem.* 1. *de vit.
& honeſt.cler.*quam in hoc ſequuntur Anto.Imol.
& Petr.Anchar.Ergo eſt quoque prohibitum cle-
ricis per alias negotiari, & ſic debent gabellam
ſoluere,& in hac ſpecie.

Pro quo accidit etiam alia ratio minime qui- 35
dem inferior cæteris, quod negotiatio per alium,
vel alios pecunia clerici ſimiliter etiam diſtrahit
animum clerici,atque eum occupat, tum cogita-
tionibus futuri euentus,ac lucri deſiderio,& com-
municatione ſocij frequentiori circa materiam
ſocietatis, & modum,& conſilium exercendi eam
tempore,& rebus opportunis,tum etiam in ratio-
nibus,& comparationibus faciendis;hæc namque
omnia prope impoſſibile eſt quin diſtrahant, &
occupent clerici animum nimis,atque eum auer-
tant ab Eccleſiæ debita conſideratione diuinorum:
Ergo eadem properatio concurrit in clerico nego-
tiante per alium,quæ in negotiante per ſe ipſum,
& tanto magis ſi per ſuos inſtitores ſeruos, & fa-
mulos negotietur,ſi enim per alium negotiari cle-
ricis permitteretur regulariter, eſſet in fraudem
iuris canonici prohibentis negotiationem clericis,
† locare autem fructus proprij beneficij, vel eos 36
colligere, & vendere per ſuos famulos, & inſti-
tores licitum omnino eſſe cenſeo, atque alienum
ab omni culpa, & liberum à ſolutione tribuit ga-
bellæ.

Quo fit, vt clericus vendens vinum ſuum ad 37
groſſum,vel ad minutum non dicatur negotiator,
ac proinde gabellam non debeat, ita tenet Gi-
ronda *de gabell.7. par. in princip. num.* 15. quod
quidem omni proculdubio caret, cum neque de
cæteris rebus ſuis clericus teneatur gabellam ſol-
uere, ſed de his tantum,quæ cauſa negotiationis
emit,atque vendit, vt *in l.6.& 7. huius tituli, &
libri cauetur*, idem cum aliis loquens in vino,
grano,& oleo vendito à clerico ex propriis fundis
Azeued.*in d.l.7.n.*8. *ad fin.*

Quinimo idem videtur dicendum,ſi clericus ex 38
lana de redditibus ſui beneficij, aut ſuorum gre-
gum pannos, quos vendat per operarios, atque
artifices conductos efficeret, ſicut nec eam debet
ex vino facto de vuis ſui beneficij, vel vinearum
ſuarum, *vt prædiximus* quia in vtraque ſpecie ve-
rum eſt, ipſum non emere lucrifaciendi cauſa,
tametſi forma mutetur,ſed quod ipſius proprium
eſt adminiſtrauit, vt ſibi magis conſulat &
prouideat: hoc autem expreſſe iure prohibitum
non inuenio, nec abhorrere videtur à piis
auribus, aut ipſas offendere, etiam ſi per famu-
los, vel alios artifices ad id conductos fiat : non
tamen per propriam perſonam, quia non fuit
emptum, vel conductum cauſa negotiationis,
nec acquiſitum ex cauſa ſocietatis, ſed ex re pro-
pria.

Nihilominus tamen in præmiſſa ſecunda ſpecie 39
clerico pannos efficientẽ ex lana de redditibus
ſui beneficij,vel ſuorum gregum,quos vendit per
artifices, & operarios conductos aliquid fæditatis
atque indecentiæ in ea negotiatione interuenire
videtur ratione ſtatus, vt dicebamus in ſocietate
per alium exercenda ſimiliter,& indebita auaritia
lucri, ac proinde prohibitum,& quia in hac ne-
gotiatione ratio prohibitoria iuris canonici ne-
gotiationis clericis prohibitæ ſupra conſiderata
concurrere videtur,quare nil mirum quod in hac
ſpecie de qua agimus,clericum gabellam debere,ſi
pannos præd.vẽdat,tenuerit in terminis pater Mol.
Theol.*de diſp.342.col.539.in verſ.idem dicerẽ cuius
in hoc* ſententia probabilior videtur,& comproba-
tur ex noſtra *l.huius tit.18.lib.14.lib.9.nouæ Coll.*

Regia in illis verbis: *Por via de mercaderia trato y negociacion.*

39 Iuncta interpretatione Laſſartus d. cap. 19. *n.* 86. dicentis, ita accipienda eſſe vt vnum quodque illorum ſufficiat, vt d. l. diſpoſitio procedat, & ſic quod ſufficit, clericum negotiari, quamuis mercator non ſit, quod latius proſequitur, & probat Dominus Azeued. *in d. l.* 17. *num.* 14. *in*
40 *verſi. ſolum vnum aduerto, & numero* 15. † vbi quod non ſufficit clericum tractare, vt gabella ex tractatu debeatur, ſed requiri tractare negotiando, & non aliter, quamuis non ſit mercator, & quod alias etiam ex eis, quæ clericus tractaret ad ſui, & ſuorum ſubſtentationem, non per viam negotiationis, neque mutata forma, gabellam deberet, quod eſſet abſurdum, & lex illa diſponere non poſſet, ſed quod intelligatur *trato, y negociacion*, copulatiue apponi, ſed diſiunctiue à verbo *Por via de mercaderia*: cum ergo in præmiſſa ſpecie, de qua agimus clericus tractet, & negotietur ad lucrandum, efficiendo pannos ex ſua lana cauſa negotiationis, tametſi non ſit mercator, debebit ex prædict. venditione pannorum gabellam concurrit ſiquidem ſimul tunc tractus, & negotiatio quæ gabellæ debitum inducunt, tametſi mercator non ſit, merito igitur Molina in hac ſpecie idem dicit, quod prædixerat, quando Eccleſiaſticus vuas emit, vt per famulos aut miniſtros ad id conductos vinum: ex his conficiat, quod poſtea vendat: vel ſi item lanam emat, vt per operarios, atque artifices conductos pannos ex illis conficiat, quos vendat, vt vtroque caſu gabellam debeat propter tractum, & negotiationem.

41 Tertio in propoſito illud animaduerſione dignum eſſe cenſeo, vt licet alias ex vno actu mercator quis dici non valeat, vt *in l. ſeruis legatis ff. de legat.* 3. nomina enim verbalia requirunt frequentiam, quando non ſonant in delictum, & ideo mercator proprie eſt ille, qui plures faciunt negotiationes, non vnam tantum vt *in l.* 1. *§. ff. de tribut.* quem ita tenet Bartol. *in prima conſtitutione ff. veteris ſub n.* 10. *& in l. interiti. is.* 1. *per text. ibi, ff. de adult.* & eſt communis omnium reſolutio, vt patet ex traditis per Caſſan. *in conſuetud. Burgund. rubric.* 4. §. 1. *in textu ibi.* Selleneſt. *marchande, fol.* 151. *columm.* 1. *&* 3. reſoluit Laſſartus *d. cap.* 19. *n.* 87. de quo late bene declarans Bemben. *in tract. de mercatur.* 1. *par. in princip. num.* 6. vbi ſupra d. opinio. profitetur eſſe communem, pluresque tenentes citat.

42 Nihilominus tamen in propoſito noſtræ l. 7. clericus etiam ſemel mercatus ad reuendendum, ſi reuendat tenebitur ex diſpoſitione noſtræ l. ad ſoluendam gabellam, ea nempe ratione, quod in propoſito non conſideratur officium perſonæ, ſed quod res ſit vendita *por via de grangeria, trato y negociacion* hoc eſt, quod fuerit prius empta ad
43 reuendendum, vt lucri faciat clericus: † clericis namque nedum mercatura, ſed etiam omnis negotiatio eſt prohibita, etiam alias licita, *c.* 1. *ne clerici vel monachi, d. cap. fin. de vita & honeſtat. cleri.* conſtatque ex *cap. negotiatorem, & c. fornicari* 88. *diſtinctione*, & negotiatio, vel ex vnico actu dicitur, vt denotat generalitas, *tex. in c. eiiciens verſi. qui vero* 88 *diſtinctione.*

44 Et ideo ex huiuſmodi negotiatione ſolui gabellam vt *in cap. quamquam de cenſibus lib.* 6. ſufficit ergo in caſu noſtræ l. 7. vnum quodque illorum, *por via de mercadoria, trato y negociacion*, ad hoc vt clericus hoc faciens, teneantur ſoluere gabellam, & ſic, quod negotietur licet mercator non ſit: tametſi aliud exiſtimauerint Pariſ. de Puteo *in tr. Sindic. verb. contrahere capitulo* 2. *numero* 1. *in fine* & Auiles *capitulo* 2. *prat. in gloſſ. De mercadaria, n.* 5. quos merito in hoc reprehendit noſtram præcedentem opinionem, & intellectum noſtræ l. 7. ex profeſſo probans Laſſartus *d. cap.* 19. *n.* 87. dicens, quod iuxta hanc reſolutionem quotidiana praxis obſeruat, vt vel ex vnica clerici venditione per negotiationem contracta, Regalis decima debeatur, quam præfatam ſententiam ideo noſtram appellauimus, quoniam priuſquam vidiſſem Laſſartem, eam probamus, & poſtea gauiſſimi ſumus, habere tamen eius coauthorem, atque praxi quotidiana, de qua ipſe teſtatur, eſſe roboratam: ſed & eam communem praxim refert, & ſequitur Girond. *de gabell.* 7. *part. in princip. numero* 15. contra Pariſ. de Puteo, & Auiles vbi *ſupra*, & contra alios idem tenentes iure communi, quos ibi refert *num.* 14. & ita mihi tenendum videtur, tametſi nouiſſime contrarium probat Azeued. *in hac l.* 7. *titul.* 18. *libro* 9. *nouæ Collect. Reg. num.* 10. 11. *&* 15. dicas, quod Laſſart. & Girond. vbi *ſupra*, falluntur in hoc, & quod nec praxis hoc admittit, niſi apud iudices animæ ſuæ immemores, nec lex noſtra tale quid probat, nec diſponit, cum generaliter loquatur, & ſic ſecundum ſpeciales iuris canonici diuiſiones ſit intelligenda: Et tandem refert ita tenentem Parlador. *in additionato Codice*, vt ipſe inquit *lib.* 1. *rerum quotidianarum capit.* 3. §. 1. *numero* 5. *in fin. vſque ad numerum* 22.

Sed nihilominus opinio Laſſart. & Girond. 45
verior videtur, † quia licet ex vnica vice clericus mercator non dicatur, negari tamen non poteſt, quin vnica illa vice negotietur, & clericis nedum mercatura ſed & quæcunque negotiatio generaliter ſit prohibita & negotiatio, vel ex vnico actu dicitur, vt denotat generalitas textus *in d. c. eiiciens, verſi. qui vero rem comparat* 88. *diſtinctione*, vt obſeruat Laſſart. *vbi ſupra*, & eum ſequitur nouiſſime Flores *lib.* 2. *variarum q.* 21. *in* 1. *p. n.* 232. *fol.* 187.

Sed, & idem probandum eſt, licet venditio fiat 46
illius rei, in qua mercatura non cadit iuxta deciſionem, *l. mercis appellatio. ff. de verb. ſignifi.* veluti ſi clericus cauſa negotiationis emiſſet fundum, vt eum reuenderet lucri faciendi cauſa, eumque vendidiſſet, tunc profecto gabellam ex hac venditione ſoluere teneretur, iuxta deciſionem noſtræ *l.* 7. vt in terminis tenet Dida. Perez *in l.* 13. *in gloſ. Paguen el alcauala*, ibi, *emitque gratia negotiationis prædium, tit.* 3. *lib.* 1. *Ordinam.* ex profeſſo probauit Laſſart. *d. c.* 19. *n.* 88. vbi exponit verba noſtræ l. ibi: *Mercaderia, trato*, ne obſint ſuperioribus iuxta verbum inferius eiuſdem *l. negotiatione*, & iuxta terminos ſubiectæ materiæ, nec enim verborum illa non neceſſitatis multiplicatio, rerum ſubſtantiam mutat, *l. periculis*, §. *Labeo. ff. de aur. & argen. legat.* cum vere lex illa 7. ius Canonum tranſcripſerit, *de quo in d. c. fin. de vita, & honeſt. cleri. cum ſimilibus.*

Quarto obſeruandum eſt in propoſito, tunc 47
clericum negotiatorem dici, quando rem emit in ſua integra, & immutata forma, venditurus lucrifaciendi cauſa: ſecus autem ſi rem emit, ita vt ſit ei materia inde aliquid operandi, & ſua opera, vel induſtria mutatam vendiderit, aut permutauerit, tunc namque negotiari non dicitur, nec gabellam debet, aut aliquod quodcunque tributum, tex. in d. cap. eiiciens in verſi. quicunque rem 88. diſtinctione, per quem tex. ita tenent, &

late probant Federic. de Senis *conſi.* 207. *in fin.* Abbas *conſi.* 6. *in fin. in* 2. *par.* Iaſ. *in l. cætera*, §. *ſed & ſi quis ad opus, n.* 13. *ff. de legat.* 1. Dominicus de Sancto Geminian. *in capit. quanquam, num.* 10. *de cenſib. lib.* 6. *Cardinal. in Clementina præſenti, num.* 2. *de cenſib.* Bertach. *de gabell.* 7. *par. princip. num.* 11. Silu. *in ſumma verb. excommunicatio.* 9. *num.* 46. Bemben. *in tract. de mercat.* 1. *part. in princip. n.* 23. *cum ſequentibus*, Girond. *de gabell.* 7. *par. in princip. num.* 11. Humad. in ſcholiis ad Grego. Lop. *in l.* 49. *gloſ.* 3. *n.* 1. *ad fin. titul.* 6. *part.* 1. Auendann. *reſpon.* 33. *n.* 4. *verſic.* 7. *concluſio*, Petrus Duennas *in regula.* 100. *n.* 11. Didac. Perez *in l.* 1. *gloſ.* 1. *verſi. eſt, & aliud, colu.* 93. *titul.* 3. *lib.* 1. *Ordin.* Laſſart. *de decim. vendit. cap.* 19. *n.* 52. vbi rationem differentiæ aſſignat Dominicus à Soto *lib.* 6. *de iuſt. & iur. q.* 2. *in princ. deciſionis quæſtionis.* eſt communis ſecundum Nauarr. *in Manual. cap.* 17. *n.* 128. & cum eo plures alios refert Azeued, *in d. l. numero* 4. 5. 6. 7. *&* 8.

48 Toties igitur, non videtur clericus negotiator, mercatorue, quoties ſic emerit, vt ſit ei materia per propriam ſuam perſonam aliquid operandi, atqui ita ex opera, & induſtria perſonæ ſuæ rem mutatam vendiderit aliquid lucraturus, vel non, veluti ſi lanam emerit, aut ſericum, vt aliquid veſtiendi, calciandiue cauſa vtile propriis manibus conficiat, otio non vacaturus, & vt inde labore, & induſtria manuum ſuarum licitum lucrum corrodat: non enim negotium iuſtum interdictum eſt clericis, & Eccleſiaſticis perſonis propter neceſſitates diuerſas: legitimus namque Sanctos Apoſtolos negotiatos fuiſſe, & in regula Beati Benedicti præcipitur, prouideri, per quorum manus negotia monaſterij procurentur, vt *in c.* 1. *nec. clerici vel monachi* & Actuum Apoſtolor. *cap.* 20. dicit de Beato Paulo Apoſtolo: *nam ad ea quæ mihi opus erant. & his, qui mecum ſunt, miniſtrauerunt manus iſta* tranſumptiue *in cap.* 1. *ad fi.* 21. *q.* 1

49 Licitum eſt clericis artificio aliquo vti, vnde aliquid lucrentur, ac vitam ſuſtentent, modo eadem cauſa præſtate non omittam ea, ad quæ ex officio clericali tenentur, & modo artificium turpe non ſit ac ſordidum, clericiſque indecens textus *in capitulo clericus.* 1. *&* 2. 91. *diſtinctione, & in capitulo Preſbyter eadem diſtinctione capitul.* 1. *de celeb. Miſſ.* & diuus Hyronimus *capitul. nunquam de conſecrat. diſtinctione* 5. exemplo Apoſtolorum conſuluit Monachos, fiſcellem, vel caniſtriam texere, hortos colere, fabricare apum aluearia, texere retia, & ſcribere libros, idque ad comparandum cibum, otiumque fugandum, refert pater Molinus *colum.* 544. *in fin. & col.* in loco ſtatim citando.

50 In his ergo caſibus Sacerdotes, & Monachi vendentes ſua opera huiuſmodi mercatores, nec negotiatores dicuntur, ſed potius artifices, ac proinde gaudebunt priuilegio, de quo *in l.* 6. *huius titul.* 18. *libro* 9. vt bene explicat Laſſartus *dict. cap.* 19. *num.* 55. vbi num ſtatim ſequenti ex Soto vbi ſupra, extendit ad eum quotidianum caſum,
51 † nempe, quando quis emit mulam, aut equum rudum, vt cultiorem vendat, vt is negotiator non dicatur, quia verè rem illam, quam emit, induſtria ſua mutatam, ac meliorem reuendit, hocque eſſe valde notandum in hac materia affirmat ad hoc, quod clerici huiuſmodi lucro occupati gabellam non ſoluant etiam, ſi ſine freno, & ſella vendiderint, quia non tam negotiari, quam artem exercere cenſentur, quod clericis non eſt prohibitum, *cap. clericus* 91. *diſtinctione*, idem voluit Molinus Theologus. 2. *tom. de iuſt. & iur. diſput.* 342. *in fin. col* 545. *ibi item mulam, aut aliud iumentum, & Parlad. lib.* 1. *rerum quotidianarum, c.* 3. §. 2. *n.* 9. dicens, quod clericos, qui vnum aut alterum equinum pullum emerit vt curatum poſtea vendat, non tenebitur gabellam ſoluere: turpia autem artificia ſunt, quæ refert Molin. vbi *ſupra.*

Secus cenſeo dicendum quoties clericus eme- 52
ret arietes, aut ſues ad eos pingues reuendendos cauſa negotiationis, & lucri: licet enim operam ſuam ei rei imponat atque induſtriam, vt eos pinguiores, & ſic pretioſiores efficiat, nullum tamen artificium in hoc exercet nec mutata forma eos vendit, ſed ad eandem integra forma, qua emit, licet maiores, aut pinguiores, in quo mera negotiatio conſiſtit, ſicut in aliis negotiis, ob ſtudium, nempe, & auaritiam lucrandi, quod in clericis eſt illicitum, vt vidimus.

Quod ſi clericus lanas emeret, non vt ipſe 54
operetur, ſed vt impenſa ſua ex mercenatiorum, & opificum induſtria, ac labore pannos efficiat, poſtea vendituros lucrifaciendi cauſa, vel vuas emat, & per famulos, ac perſonas huic rei aptas in ſua apotheca recondat vinum, poſtea venditurus, vt inde aliquid lucrari queat, quis dubitat quin hoc ſit mercatura atque negotiatio *y pura grangeria*, ex qua proculdubio ſoluenda eſt gabellla? vt *in dictis iuribus.* nulla enim tunc verſatur induſtria clerici ſaltem conſiderabilis: Ita ex Petro Ancharo tenet Silueſter in ſumma, verba excommunicatio 9. *verſiculo vigeſimo primo n.* 46. ſequitur Laſſartus *d. capitulo* 19. *n.* 67. *in principio* & Molinus Theologus. 2. *tomus. de iuſtitia & iur. diſputatio* 342. *columna* 539.

Hinc Silueſt. vbi *ſupra*, quod ſi monaſterium 55
habet venam ferri, & inde per operarios ferrum colligat, & vendat lucrifaciendi cauſa, non tenebitur ac pedagium, ſeu gabellam, vt late ſcriptum reliquit Federicus de Senis *conſili.* 202. *per totum*: ſecus vero ſi venam ferri emeret, & per magiſtros educeret ferrum, idque venderet, quoniam tunc eſſet negotiatio mixta artificio, & nulla verſatur induſtria clericorum ſecundum Petrum Ancharum contra Federicum de Senis vbi *ſupra* quam diſtinctionem ſequitur Nauarr. in *Manual. capitulo* 27. *numero* 228. & Molinus vbi *ſupra columm.* 340. † vbi ex eiſdem aſſerit, quod ſi monaſterium venam ferri emat, ſed per monachos ex materia ferrum conficiat, quod vendat, non debebit gabellam, quoniam id non negotiari, ſed emere materiam, vt miniſterio Eccleſiaſticorum in aliud transmutatam arte factum ab ipſis Eccleſiaſticis confectum vendant, eandem diſtinctionem bimembrem de vena ferri empta à monaſterio ad ferrum inde efficiendum ſequitur & probat Laſſartus *d. capitul.* 19. *n.* 57. ſic dicens, eſſe intelligendum dictum *conſil.* 207. Federici de Senis indiſtincte reſpondentis, præd. monaſterium gabellam non debere, quem reprobat in hoc Silueſt. vbi *ſupra*, in eo quod prædiximus: ſed Feder. intelligendus, & interpretandus eſt iuxta præd. diſtinctionem Silueſt. & communem, quam ipſemet Laſſart *n.* 58 hoc nomine appellat.

Sed ne generalitas huius reſolutionis alias decipiat virum parum in iure verſatum, conſiderari oportet venam ferri dupliciter conſiderari poſſe: poteſt, namque eſſe talis, vt ferrum ibi renaſcatur nempe, vt licet inde extrahatur, natura ipſa augeatur vena, prout decreti fodinis, argenti fodinis

vel auri dicitur, *l. fructus alias ſi diuortio §. ſi vir in fundo mulieris. ff. ſoluto matrimonio* & de lapidicinis *in final. de fund. dotal.* aut talis quod nihil inde renaſcatur, ſed quod modo eſt, ſemper in ea fuerit, provt de lapidicinis marmoreis tradit textus *in d. § ſi vir in fundo* in primo caſu, provt de hac venarumq; diſtinctione agit *l. vigeſimoſeptimo titulo 11. p. 4.* & Dominus Molinus de Hiſpanio *primog. libro primo capitulo vigeſimo tertio, numero octauo* & nos egimus ſupra alia quæſtione.

57 Ad rem igitur in priori ſpecie, quando vena ferri empta à clerico, vel monaſterio eius eſt naturæ, vt ibi ferrum renaſcatur, cum id quod ex vena aſportatur in fructu ſit, quaſi natum & collectum ex ea iam propria clerici, & monaſterij facta, non debebitur gabella, ſiue per monachos, ſiue per alios ferrum fiat, qua generaliter ex fructibus rerum monaſterij, vel clerici nullum tributum debetur, cum negotiatio in hoc non cadat, vt ſtatim dicemus, quo caſu recte procedit, & ſaluari poteſt conſilium Federi. de quo *ſupra.*

58 In ſecunda vero ſpecie, nempe, cum vena ferri
non renaſcitur, quia quod ex ea aſportatur in
fructu non eſt, ſed potius erat in ipſa vena tem-
pore emptionis à monaſterio facta, ac proinde
appareat monaſterium vendere quod vere emerat,
locum habere videtur, & ſeruanda ſit Silueſt. &
communis reſolutio, atque diſtinctio de qua *ſup.*
quæ iuxta hanc interpretationem accipienda, &
moderanda eſt ſecundum Laſſar. vbi *ſupra d. cap.*
19. numero 59. & voluit Nauarrus vbi *ſupra* dum
merito caute loquitur, dicens, ſi emat, ſolam
venam: quaſi diceret, ſecus eſſe, ſi emeret prædium
in quo eſt vena: etenim ſi emeret ſolam venam,
materiam ſolam cenſeretur emere, vnde ferrum
per miniſtros conductos faceret, quod venderet:
id autem ſed negotiari, non ſecus, ac negotiari eſt
emere vuas ex quibus ſimiliter vinum conficiat,
60 ac vendat: † Si vero prædium emeret, materia
venæ computaretur in fructibus ipſiuſmet prædij,
cuius dominium emptione fuit comparatum, &
ferrum ſimiliter inde aliorum miniſterio confe-
ctum, ac proinde, id non magis eſſet negotiatio,
nec magis inde tributum deberetur, quam ſi idem
prædium, ac vena non eſſent empta, ſed propria
monaſterij, quo caſu non eſſet negotiatio, neque
item deberetur tributum, quod aſſeuerat Federi.
de Senis vbi *ſupra*, & in terminis ita declarat, &
61 probat Molin. Theolog. *d. colu.* 540. † imo procedit
eius declaratio ſiue vena ferri renaſcatur, ſiue non,
vt conſtat ex eodem authore ibidem *columm.* 541.
in princip. dum ſtatim inquit, quod cum nomine
venæ non ſola materia ſoleat intelligi: ſed id vn-
de illa extrahitur, & cuius eſt fructus, aut quaſi
fructus & ſimpliciter arbitratur aſſerendum cum
Feder. de Senis ex ferro inde confecto non magis
deberi tributum, † quam deberetur ex materia
ipſa, ſi venderetur, vt inde alij ferrum conficerent
& quam deberetur ex ſale eius ſalinæ, quam nu-
dam emeret monaſterium, vt ex qua illius ſal mi-
niſterio laicorum conficeret, extraheret, ac ven-
deret, in quo euentu nemo affirmabit, negotia-
tionem interuenire aut tributum deberi, &
hoc rectius, & verius mihi videtur contra Laſſar.
vbi *ſupra* in ſecunda ſpecie ſuæ diſtinctionis modo
relatæ.

62 Hinc iam patet, quod ſi monaſterium, aut clericus emat gregem, & inde fructus collectos, lanam, caſeum, & agnos vendat, gabellam non ſoluat, quia negotiari in hoc non videtur: non enim dici poteſt vendere quod ex emptione acquiſiuit, ſed potius, quod ex re ſua natum eſt, vt probat tex. *in l. vacca emptor. ff. de euict.* cuius contrarium eſſet ſi res ipſa, quæ empta eſſet, in integra ſua forma reuenderetur, quia tunc recte diceretur negotiari ex cap. *eiiciens* 88. *diſtinctione* & quæ ſupra diximus *in principio huius quæſtionis*, quod in terminis conſiderauit, & probauit Laſſar. *d. c.* 19. vbi aſſignat rationem differentiæ inter hunc caſum, & alterum de ferro collecto ex vena ferri empta, tametſi attenta opinione Molinæ, quam modo probauimus in vtroque caſu gabella non debetur.

Quod ſi clericus ouium conducat fructus (hoc 63
eſt) *el eſquilmo de vnas oueias, vt caſeum*, & lanam
ex eis prouenientia opera, & induſtria famulo-
rum, vel aliorum ad id aptorum vendat lucrifa-
ciendi cauſa, gabellam tenebitur ſoluere, quia id
ipſum, quod ex conductione acquiſiuit, vendit,
ac proinde negotiari videatur, quia nulla verſatur
in his induſtria clerici, quæ eum excuſet à ſolu-
tione gabellæ, vt ex ſupradictis patet ex traditis
per Laſſar. *d. cap.* 19. *num.* 76. † vbi aduertit, quod 64
induſtria, quæ clericum excuſat à negotiatione
illa eſt, quæ per propriam perſonam præſtatur:
ſecus vero ſi per conductas, & mercenarias perſo-
nas præſtetur, vt cum aliis probauerat *num.* 57.
† negotiari namque dicitur, non ſolum is, qui 65
ſic emit, vt venditurus lucrifaceret, ſed & eis,
qui ex quocunque alio contractu quam emptio-
nis acquiſiuit vt venditurus lucraretur, puta ex
contractu locationis, & conductionis, vt eſt
textus expreſſus *in l. legatis ſeruis* 65. *in principio*
ff. de leg. 3. vbi ſerui, qui ad locandum, & condu-
cendum præpoſiti ſunt negotiatores dicuntur,
ſicut & qui ad emendum, & vendendum præpo-
nerentur, quem textum ad hoc vt expreſſum ci-
tauit Laſſartus *d. c.* 19. *n.* 65.

Similiter ſi clericus emat fundum plenum 66
fructibus maturis, qui in eo pendentes ſunt,
lucrifaciendi cauſa & fructus ab eo decerptos
vendit, gabellam debebit, quia vere vendit, quod
emit, lucrifaciendi cauſa atque ideo negotiari
intelligitur, vt *in capitul. eiiciens*, † fructus enim 67
pendente pars rei ſunt, *l. fructus pendentes ff. de*
rei vindict. l. Iulianus. §. ſi fructibus. ff. de actione
emptoris de quo late per Tiraquellum *de retractu*
lignag. §. 1. gloſſa. 7. ex numero 36. & per Docto-
res *in l. ſi filiusfamilias ff. de verbor. oblig.* Co-
uarrius *libro primo variar. reſolut. capitulo* 15.
numero 3. *& libro tertio capit.* 4. *numero* 7. &
in terminis probat Laſſartus *dicto capitulo* 19.
num. 60. & proculdubio *ſub n.* 77. *in verſ. ſecus*
autem.

Idemque erit, ſi clericus alienum agrum con- 68
ducat, & fructus ex ſuo ſemine, ſua & ſuorum
induſtria, cura, & cultura colligat, vendatque
lucrifaciendi cauſa † licet enim agricultura, & 69
cura gregis laudatiſſima à quamplurimis, & præ-
cipue ex priſcorum ſententia ſit quaſi longe diſtet
à mercatorum officio, vt late probat Tiraquellus
de nobil. cap. 32. & Cuſſan. *in Cathalog. Gloria*
mund. 11. *p. conſider.* 37.

Hoc tamen verum eſt, & procedit in ea, quam 70
quis exercet in ſuis agris, & poſſeſſionibus, non
vero in alienis conductis: illa namque, quæ in
propriis poſſeſſionibus patrimonij, vel beneficij
ſui per clericum exercetur, nunquam fuit prohi-
bita, vt conſtat ex textu *in capitul. clericus verb.*
agricultura 91. *diſtinctione, & in capitul. nunquam*
de

de conſecratione diſtinctione 5. *& in cap.* 1. vbi *gloſſa*, & Abb. *de celebratione Miſſæ* & reſoluit late Tiraquellus *d. cap.* 32. *n.* 3. *cum ſeq.* ſed exercetur in alienis agris per conductionem non honeſtati conſcia eſt *in l. 2. C. de Epiſcopis & clericis* ſed omnino prohibita *c.* 1. *ne clericus vel monachus cum ſimil.* non ex alio, vt exiſtimat Laſſartus *d. c.* 19. *n.* 70. niſi quia mera eſt negotiatio, dicitur enim negotiari, qui conducit prædium alienum, vt fructus inde collectos vendat, Tiraquellus *de nobilitate c.* 37. *n.* 82.

71 Quod ſi clericus hortum agrumue arboribus plenum conduxerit, ex quibus fructibus naturales percipiantur, iuxta textũ & quæ ibi notatur *in l. fructibus ibi, nam ſi pomum decerpſerit. ff. de vſur.* eoſque fructus collectos vendat, proculdubio dicendum eſt eum clericum negotiari, & gabellam debere, quia id quod vendit non ex ſuo, nec aliqua induſtria ſua, ſed ex mero conductionis contractu, ad hoc vt venditurus lucrifaciat procedit, quo caſu non minor negotiationis ratio eſt quam in caſu ſtatim ſequenti de clerico conducente fructus decimales, &c. quod ſi clericus agrum cum ipſis fructibus iam natis & pendentibus conduceret, tunc non tam fundi locatio quam ipſorum fructuum emptio, & venditio eſſet, ac proinde ex venditione eorundem fructuum gabellam proculdubio deberet, vt prædiximus *n.* 68.

Clericus ergo negotiationem exercens in alie-
nis agris conductis gabellam docet atque ſoluere
tenetur ex huiuſmodi negotiatione, vt in terminis
73 late iure probat Laſſart. *d. c.* 19. *n.* 69. *cum ſeq.* †
ſicut etiam gabellam ſoluere tenetur clericus, qui
ex facto conduxit fructus decimales alicuius ter-
ritorij, vel fabricæ ſuæ Eccleſiæ, vel alicuius, ſi eos
74 vendat, quia vere negotiatio eſt † nec non & cle-
ricus, qui cum aliquo ſocietatem iniuit, & pecu-
niam præſtitit, & tandem finita ſocietate, deductis
ſortibus, mercibus reliquis ex quæſtu, & lucro in-
ter ſe diuiſis, ſi ipſe clericus partem ſuam illarum
mercium vendiderit, tenebitur gabellam ſoluere
ex hac venditione tanquam ex negotiatione, vt
probat Laſſar. *d. c.* 19. *n.* 66. *diximus ſup. hoc c. verſ.*
ſi. qua tamen n. 27. *cum ſeq.*

75 Verum, quod diximus, clericum conducentem prædia aliena, & fructus inde collectos vendentem negotiari, ac propterea gabellam debere, intelligendum eſt de eo, qui contra ſacros Canones conduxiſſet iuxta text. *in d. cap. 1. ne cleric. vel monach. cum ibi notatis*: ſecus ſi ex canonum permiſſione conduceret, veluti cum propria ad ſui ſuſtentationem non ſufficerent, vel ſi adeo egenus, & pauper eſſet, vt neceſſarium ei ſit, aliena prædia conducere, vt fructibus viuat, ſiue eis veſcendo, ſiue vendendo, vt quæ ſibi neceſſaria ſunt ex pretio conſequatur, vt *in cap. dilecti.* 8. *de decim.* & ibi *gl.* 1. & *gloſſ. verb. conductiones in cap. peruenit.* 86. *diſtinctione*: tunc namque gabellam non debebit huiuſmodi clericus ex præd. negotiatione, vt voluit Montalu. *in l.* 10. *tit.* 6. *par.* 1. & cum eo ex profeſſo probat Laſſart. *d. c.* 19. *num.* 78.

76 Quinto obſeruandum eſt, quod licet Petrus Duennas *in reg.* 100. *n.* 11. *in fin.* teneat, quod ex negotiatione in bonis Eccleſiæ facta, gabella non debeatur, cui fauet Abbas *in c. fin. n.* 10. *de vit. & honeſt. cleric.* vbi inquit, quod ſi clericus, aut quicunque alius adminiſtrator rerum Eccleſiæ cum eis negotietur, non debet Eccleſia perdere ſuum priuilegium, quo magis ex ea negotiatione gabella debeatur, quia vere ipſa Eccleſia non negotiatur, & pœna delicti non debet excedere ſuum authorem: nihilominus tamen attenta noſtra *l. 7. tit. 18. hoc lib. 9.* ibi: *E ygleſias vendieren*: proculdubio contrarium tenendum eſt, ſcilicet, vt gabellam debeat & ſoluere teneatur Eccleſia ex præd. venditione, aut permutatione per negotiationem facta vt merito contra Petr. Duennas obſeruauit Matienç. *in l. 11. gloſſ. 1. n. 3. tit. 10. lib. 5. nou. Collect. Regia*, quem refert, & ſequitur Laſſart. *d. c.* 19. *n.* 83.

Similiter, & monaſteria quorum Prælati res 77
aliquas per negotiationem vendiderint, vel per-
mutauerint gabellam ſoluere tenentur ſecundum
Silueſt. *in Summa, verb. excommunicatio* 9. *n.* 46. &
Laſſart. *d. n.* 83. *in princ.*

SVMMARIA.

1 *Clericus negotiator coram quo iudice conueniendus ſit pro ſolutione gabellæ?* & num. ſeqq.

2 *L. 4. tit. 4. lib. 6. Ordinam. Veteris intellectus, & n. 3.*

Clerici omnes antiquitus gabellam ſoluere tenebantur vſque ad tempus Regum Catholicorum conditorum, l. 3. del quaderno de las alcaualas *vt* in num. 2. & 3.

5 *Clericus negotiator gabellam debens pro eius ſolutione coram iudice ſæculari conueniri poteſt, ſed intellige, vt* in num. 7. *vide etiam* in num. 10.

6 *Eccleſia non defendit clericum negotiatorem à ſæculari iuriſdictione.*

7 *Praxis recepta huius Regni refertur procedenti ad capturam bonorum clerici negotiatoris pro ſolutione gabellæ.*

8 El Rey, y ſus tribunales conocen de las donaciones fingidas que los legos pecheros hazen a clerigos en fraude de los derechos Reales, como ſon los pechos, y nolos iuezes Eccleſiaſticos.

9 *Clerici, & ſcholares, qui ſub prætextu ſuorum priuilegiorum defraudant gabellas, ſunt fures, & tenentur ad reſtitutionem, vide etiam* in num. 17.

11 *Praxis alia refertur procedendi contra clericos negotiatores pro ſolutione gabellæ per poteſtatem ſæcularem.*

12 *In dubio an ſit clericus negotiator, vel non poterunt iudex Eccleſiaſticus, & ſæcularis de cauſa cognoſcere, ſed vide* n. 17. ad fin.

13 *Conſultatio Regi facta ab Statu Eccleſiaſtico horum Regnorum ſuper prædictis, & deciſio eius mandato, & commiſſione facta, ponitur num.* 14.

15 *Quando dubitatur inter leuantem pedagium, & portantem rem de clericatu, vel, de rebus portatis, an fuit negotiationis cauſa: quid ſit cenſendum, vide* n. 15.

16 *Clerici gabellam debent*, del vino, caldo, o moſto de viñas que huuieren arrendado: mas no de lo de ſu coſecha, labrança, y criança procediente de ſu hazienda propia, o de ſus beneficios Eccleſiaſticos.

QVÆSTIO. XCIV.

Coram quo iudice clericus negotiator conueniendus ſit pro gabellæ ſolutione?

1 PLurima vulgaria adſunt fundamenta, ex quibus forſan iuniores aduocati contenderent, coram iudice Eccleſiaſtico clericum negotiatorem conueniendum eſſe pro gabellæ ſolutione, & in terminis hanc opinionem tenent plures, quos refert, & ſequitur Ignatius Salzed. *in addit. ad Practic. Crimin.* Bernard. Diaz. de Lugo, *cap. 55. verſ. erit tamen, fol. mihi* 175. dicens, quod ab hac opinione, quæ verior eſt, non eſt recedendum, eo quod in Hiſpania nullo tempore contraria ſen-
2 tentia recepta fuit, † alij vero normam legis 4. *tit. 4. lib. 6. Ordinam. veter.* ſequuti, proprius accedentes ad quæſtionem, dicere poſſent, quod ſi laicus emit à clerico negotiatore aliqua bona magnæ quantitatis, & valoris, ipſe laicus teneatur gabellam ſoluere: ſin vero minutatim res aliquas clericus ipſe vendiderit laico vel quocunque modo clerico, teneatur ipſe clericus venditor. Cuius l. generalitatem, dum clericos indiſtinctè ſoluere teneri probat, gabellam intelligendam eſſe cenſet, Didac. Perez, ibi *glo.* 1. quando clericus eſt negotiator: ſecus ſi ex rebus patrimonij venderet, nam tunc ipſe nec emptor tenetur, vt *in l. 3. quatuor gabellarum*, & probat cum aliis Laſſart. *de decim. vendit. cap. 19. n.* 80.

Hic tamen intellectus ad *d. l.* 4. etſi in ſe hodie verius ſit, & tenendus, attenta lege nouiori, nempe *d. l. 5. del quaderno de las alcaualas*, hodie *l. 6. & 7. hoc titul.* 18. *lib. 9. nouæ Collect. Reg.* verum tempore quo condita fuit *d. l. 4. titul. 4. lib. 6. Ordinamen. vete. por el Rey don Enrique IIII. en Cordoua*, año de 1455. nullo modo poteſt procedere, nec verus erat ex magna generalitate, & indiſtinctione dict. l. 4. ibi: *De algun clerigo*, & ibi: *Y no lo faciendo aſſi, por el miſmo hecho ſea tal, como aquel que deniega a ſu Rey, y ſeñor natural, ſu tributo, y ſeñorio.*

3 Quare pro vera illius l. intelligentia atque interpretatione obſeruandum eſt: *que antiguamente en tiempo del Rey don Ioan el II. ſe dudo, ſi generalmente todos los clerigos deuian alcauala, aunque no fueſſen negociadores, ni interpueſtas perſonas de legos y ſe reſoluio por todos los Conſejeros del dicho Rey don Iuan, que deuian alcauala*, vt referunt Montalu. *in gloſſ. magna*, & Greg. Lopez *in l. 50. titul. 6. par. 1. gloſſ.* 1. & Remigius de Gon. *in tract. de charit. ſubſid. cap. fin.*

Deſpues ſe hizo deſto ley general en el primero año que començo a Reynar el Rey, don Enrique IV. hijo del dicho Rey don Iuan el II. que fue el dicho año de 1455. en Cordoua, en que ſe mando lo que emos dicho, que los clerigos pagaſſen alcauala, y que el que no la pagaſſe fueſſe echado del Reyno, y le fueſſen tomados ſus bienes, haziendo pago al arrendador de la alcauala, y penas: eſta es la dicha l. 4. titul. 4. lib. 6. del ordenamiento Real antiguo.

Dedonde parece ſe collige, que deuiendo el clerigo alcauala, como es renta Real, auia de conocer contra el clerigo que no la quiſieſſe pagar el juez ſeglar.

Sobreuinieron los Reyes Catolicos, y en la dicha l. 3. del quaderno de las alcaualas, qua nouiter cautum eſt (vt conſtat ex princip. l. ibi: *Porque nueſtra intencion es, &c.) que no ſe pida, ni demande alcauala por los arrendadores, y otras qualeſquier perſonas, de las ventas que hizieren de ſus bienes qualeſquier Yglesias, y Monaſterios, Perlados, y clerigos deſtos Reynos, ni de los trueques*: hodie eſt *l. 6. tit. 18. hoc lib. 9. Y luego la l. 7. ſiguiente manda, que lo contenido en la ley antes de ella, no aya lugar en lo que los clerigos, e Yglesias vendieren por via de mercaderia, trato, y negociacion, que de eſto manda paguen alcauala, como ſi fueſſen legos.*

Ruſus in noſtra principali quæſtione Doctor 4
Caſtillo *in l. 70. Tauri, in gloſſ. El alcauala, in addit. in verſic. ſi vero exiſtimabat*, quod in caſu, quo clericus vendens, gabellam debeat, ea exigenda ſit ab emptore laico, ex *l. 32. titul. 19. hoc libr. 9.* dum illa lex iubet, quod quando quis emit à perſona potentiori gabellam, retineri penes ſe debet.

Nihilominus tamen verius eſt, & tenendum, 5
quod clericus negotiator gabellam debens pro eius ſolutione coram iudice ſæculari conueniri poſſit, † quia cum propter negotiationis delictum 6
iure laici cenſeatur, eumque à ſæculari iuriſdictione Eccleſiaſtica non defendat, vt *in cap. fin. de vita, & honeſt. cleric.* & ibi *gloſſ. 3. & final. & in cap. quanquam de cenſibus, libr. 6. & in Clementina præſenti*, vbi *gloſſ. verbo, Non negotiando, eodem titulo*, quam ibi probant omnes, & Dec. *in capit. Eccleſia ſancta Maria, colum. 1. ad fin. de conſtit.* & relati 4. Bertach. *de gabell. 7. parte, numer.* 8. explicat Humad. *in l. 49. titul. 6. part. 1.* vbi Gregor. Lopez. *gloſſ.* 3. & Bobadill. *in ſua Polytica de Corregidores, lib. 2. cap. 18. numero 123. cum ſequentibus*, vbi plurimos congerit: & probatur etiam in noſtra l. 7. ibi: *Como ſi fueſſen legos, titul. 18. lib. 9.* non poterit priuilegium allegare, vt probat in terminis Mexia *in pragmatica taxæ panis, concluſione 5. num.* 23. † quod intelligendum eſt, 7
non quidem quo ad clerici perſonam, quæ per iudicem ſæcularem, eiuſque miniſtros capi non poteſt, nec incarcerari: ſed quo ad eius bona, & facultates, vt cauetur *in dict. capit. final. ibi, de ſuis facultatibus*, & ſic clericus in hac ſpecie, captis pignoribus, poterit adſtringi ad ſolutionem gabellarum, caſu quo eas debeat ſecundum Azeued. *in l. 11. titulo 3. lib. 1. Nouæ Collectionis Regiæ, num. 5. ad fin.* quem ſequitur Laſſart. *dict. cap. 19. num.* 84. & Humada vbi *ſupra, in gloſſ. verb. Las franquezas, num.* 2. & latiſſime idem pluribus comprobat Girond. *de gabell. 7. par. in principio, num. 5. cum ſequentibus*, vbi quam plurimos authores antiquos, & modernos pro hac parte citat, & *num.* 29. inquit, quod hanc opinionem in praxi iam receptam vidit in ſua ciuitate Rodæ, pro quodam gabellario patrocinans, & quod in Granatenſ. Prætorio, & in ſupremo calculatorum pro iudice ſeculari fuit pronuntiatum, & ſemel atque iterum in dict. Granatenſ. Prætorio declaratum fuiſſe, iudicem Eccleſiaſticum, qui cum cenſuris contra ſecularem procedebat, vim inferre, & cauſa ad ſecularem iudicem fuit remiſſa, eique competere fuit declaratum, quem refert, & ſequitur etiam Bobadilla vbi *ſupra, n.* 124. & alios plures referens contra alios idem late probat Azeued. *in l. 7. n. 13. & 14. titulo 18. hoc lib. 9.* vbi quod in praxi hæc opinio ſecunda recepta eſt. Quare audiendus minime eſt Igna. Salzed. vbi

ſupra dum contrarium negatiue aſſerit: ſi enim ipſe non vidit hanc ſecundam ſententiam in Hiſpania in praxi obſeruari, alii eam viderunt in praxi admiſſam, vt *ſupra dict. teſtantur.* Vnde magis authoribus affirmantibus, quam negantibus credendum eſt, præſertim cum pars affirmatiua iure quoque probetur, vt vidimus, eandem ſententiam ſequitur etiam cum aliis, quos refert Flores *libr. 2. variarum, quæſt. 21. in 1. part. num. 232. ad fin. fol.* 187.

Quæ etiam probatur *ex l. 1. cap. 9. tit. 2. hoc lib. 9.* vbi ſic cauetur. *¶ Otroſi en quanto toca a los juezes Eccleſiaſticos, que impiden, y embaracan las conbrancas de las nueſtras rentas, queriendo eximir, o exceptar alguna, o algunas perſonas de la paga de ellas, o en otra alguna manera, o que ſe entremeten a conocer de lo que toca a las dichas rentas no les perteneciendo, y proceden contra los nueſtros juezes de rentas en la dicha Contaduria Mayor, ſe daran, y deſpacharan las cedulas nueſtras que ſe acoſtumbran, para que no conozcan, ni procedan, ni embaracen la dicha cobranca, ni ſe entremetan en lo a eſto tocante*, quod de clericis negotiatoribus proculdubio intelligendum eſt, cum cæteri clerici ſint immunes à ſolutione gabellæ, vt in dict. ll. Regiis, quod iudex non eximit, ſed ius Canonicum, & dict. ll. Regiæ.

8 Similiter, *quando el clerigo es perſona ſupueſta de lego, y mediante eſto ſe defraudan los derechos Reales, como es en los pechos, haziendo los legos pecheros donaciones fingendas de ſus bienes en perſonas exemptas, el Rey, y ſus tribunales conocen de eſto, y no los juezes Eccleſiaſticos*, vt cauetur *in l. 11. tit. 10. lib. 5. de la nueua Recopilacion*, quæ l. originem duxit à l. final. *C. de annon. & tribut. lib.* 10.

9 Vbi Bart. *num.* 1. eam inducit contra clericos, & ſcholares, qui ſub prætextu ſuorum priuilegiorum defraudant gabellas, *haziendo ſe perſonas ſupueſtas de legos*, & ſimiles clericos fures eſſe poſt multos probat Mexia *in pragmatica taxæ panis, concluſione 5. n.* 42. vbi, quod non minus in foro animæ ad reſtitutionem vectigalis fraudati tenentur quam fur ad rei ſubtractæ reſtitutionem, & quod in fraudatoribus gabellarum id communiter tenetur.

Præterea, *ſobre lo miſmo ay ley, y determinacion Real en las ordenancas de Valladolid en el año de mil y quinientos, y ſeſenta y ſeys, en el libro nono, titulo primero, folio 7. columna ſecunda in fine, & folio 8. en el principio, adonde auiendo referido todas las coſas en que el Rey tiene fundada ſu intencion, y entre ellas las rentas, y derechos Reales, dize eſtas palabras:*

10 *¶ Porque eſtas coſas tocan à nueſtra preeminencia Real de que ſyempre los Reyes nueſtros predeceſſores de glorioſa memoria, y nos, y nueſtros oficiales, y juſticias, acoſtumbramos a conocer, aunque ſea contra clerigos, frayles, y religios, y Ordenes, ſin que otro ſe aya de entremeter, ni entremeta en ello, ni ſe la aya de dar, ni de parte alguna de ello.* Idem cauetur *en las ordenancas de Granada del año de mil y quinientos y veynte y ſiete, folio 86. pagina 2. y las cedulas, y viſitas que tienen las Audiencias, que dan en ſu fuerca, y vigor*, vt cauetur in lege, & pragmatica poſita *in principio nouæ Collectionis Regiæ, circa fin. Y en la Contaduria Mayor ay obligacion de guardarlas, pues ſon Oydores de la Contaduria Mayor, y tienen la iuriſdicion, y autoridad que han los Oydores de las Audiencias Reales*, vt cauetur *in l. 3. tit. 1. libro 9. de la nueua Recopilacion. Y en la ley doze del miſmo titulo ſe les manda, guarden las leyes de nueſtros Reynos, eſpecialmente las ordenancas de las Audiencias, y anſi las tienen iuradas.*

Qua ratione alia praxis in hoc obſeruari poteſt, 11
nempe, vt clerici huiuſmodi negotiatores gabellam debentes, requirantur primo à gabellariis, vt eam ſoluant, quod ſi renuant, occurratur ad Regium Conſilium *de Contaduria Mayor, adonde ſe dara prouiſion Real para que dentro de cierto termino la paguen, ſo pena de perder las temporalidades, y naturaleza, y para que de ſus bienes, que para ello ſe tomen, ſe pague*, quod quidem iudex Eccleſiaſticus impedire non debet, iuxta dict. *l. 1. tit. 2. cap. 9. hoc lib.* 9. monitio tamen præd. de neceſſitate non requiritur.

Quod ſi dubium fuerit, an clericus ſit negotiator, nec ne, poterunt iudex ſæcularis, & Eccleſiaſticus de cauſa cognoſcere ex reſolutis per Gregor. Lopez in *l. 49. verbo, Las franquezas, titul. 6. part. 1. aunque Caſtillo de Bobadilla en ſu Politica de Corregidores, lib. 2. c. 18. n. 124. folio 1053. dize, que a ſu pareZer Gregorio Lopez ſe alarga mucho en eſto de que podra ſer juez dello el ſeglar*, & quod hoc expectet ad iudicem Eccleſiaſticum contra Gregor. Lopez vbi *ſupra*, tenet Parlador. *lib. 1. rerum quotidianarum, cap. 3. §. 1. n. 12. verſ. ſi vero in nouis.*

Y porque en eſta raZon eſtando el Eſtado Eccleſiaſtico iunto en Madrid, en la Congregacion del año paſſado de mil y quinientos y nouenta y ſiete, en que yo me halle por eſta Santa Igleſia de Ciudad rodrigo, ſe agrauio deſto por ſu memorial a ſu Mageſtad del Rey don Felipe el Segundo nueſtro Señor, en vn pleyto muy reñido, y graue que entonces eſtaua pendiente en el Conſeio Real entre el Prior, y clerigos de la ciudad de XereZ de la frontera de la vna parte, y la juſticia Real, y Eccleſiaſtica de la otra, ſobre quien auia de compeler a los clerigos tratantes en vino, a que pagaſſen el alcauala, y otras coſas: en elqual pleyto huuo autos diferentes en diuerſos tribunales, y ſu Mageſtad cometio la vltima determinacion del dicho negocio a ciertos ſeñores Preſidentes, y Conſejeros: losquales con mucho acuerdo, y deliberacion pronunciaron vn auto muy acertado, y deciſion de muchas dudas de que en el capitulo precediente, y en eſte auemos tratado, le pone aqui a la letra, para que por el ſe libren, y declaren todas las ſemejantes dudas de aqui adelante, que es del tenor ſiguiente.

Auto, y decreto del Conſeio.

EN la villa de Madrid a veynte y ſiete dias del mes de Enero, de mil y quinientos y nouenta y ocho años: viſto por los ſeñores Licenciado Rodrigo Vazquez Arze, preſidente del Conſeio, Licenciado Paulo de Laguna, Preſidente del Conſeio de Indias, don Franciſco de Roias, Preſidente del Conſeio de Hazienda, Doctor don Alonſo de Agreda del Conſeio, el Licenciado Valladares Sarmiento del Conſeio, y Camara de ſu Mageſtad: el negocio que es entre el Prior, y clerigos de la ciudad de Xerez de la Frontera de la vna parte: y el Licenciado Alonſo RamireZ de Prado, Fiſcal de ſu Mageſtad de la otra, que les fue remitido por eſpecial cedula de ſu Mageſtad, para que prouean en el caſo iuſticia, y el remedio conuenien